

Band V., Nr. 1362, Seite 129-131

Ritter Werner von Raderach genannt Gnifting verkauft seinen Hof zu Jettenhausen und seine Schupos in Oberailingen mit dem Recht, seinen Hof in Lehorn und seine Zehnten in Wirgetswiesen an deren Statt zu geben, an Abt Rivin und den Konvent von Kreuzlingen um 60 Mark Silber.

Ohne Ortsangabe, 1255. Oktober 25.

In nomine domini amen. Ego Wernherus miles de Raderay dictus Gniftinc universis presentem paginam inspecturis vel auditoris salutem et noticiam subscriptorum^a. Sicut ea, que per incuriam^b et negligentiam oblivioni traduntur, sic ea, que litterarum appicibus perhennantur, memorie commendantur et sic ipsarum testimonio omnis inposterum aufertur occasio litigandi. Noverint igitur presentes et pateat futuris, quod ego cum . . uxore mea nec non Henrico et Wernhero filiis meis pari voluntate curiam in Ietenhusen cum omnibus pertinenciis suis intus et extra, agris, pratis, silvis et nemoribus, nec non scopossam in Ailingen^c superiori cum omnibus pertinenciis et advocaciis, quarum predia et possessiones iusto titulo ex antiquo iure proprietatis sederamus, reverendo in Christo abbati Riwino monasterii de Cruzilingen^d nomine suo et ecclesie sue pro sexaginta marcis puri argenti et ponderati, quas nobis contulerat sub titulo empcionis, bona fide et bona voluntate contulimus et transtulimus eidem ecclesie perpetuo prememoratas possessiones pleno iure quiete et pacifice possidendas, renunciantes omni iuri, quod in pre-nominatis prediis habuimus vel habere videbamus casu aliquo contingente, condicionem talem subiungentes, quod si eedem possessiones ad redditus sex librarum estimari non possent, deffectum talem alias denariis promittimus sine fraude subrogandum. Verum cum in huiusmodi vendicionibus omnes scrupuli, qui forte casu fortuito possent suboriri, debeant investigari et animadversione sollicita preveniri, presenti attestacione statuimus, ut prelibatus abbas vel qui successive pro tempore fuerit diligenti perquirat inquisicione, si predictarum possessionum collacio a nobis fideliter facta iure proprietatis sit collata et legaliter in omnibus translata. Cum igitur in omnibus causis exequendis nimia mora periculum trahat, super dicta inquisicione terminum biennii, sicut predictum est, duximus concedendum. Equidem si predicte collacioni medio tempore aliquid dignum emendacionis invenerint, ita videlicet

^aEs steht verschrieben: *subscripturorum*.

^bEs steht verschrieben: *incuram*.

^cEs steht: *Ail īg*.

^dEs steht: *Cruzili ḡ*.

II

quod si dicta predia aliquid iuris nomine feodi in se continerent, dilectos nostros Bertoldum dictum Manstoc, Arnoldum dictum de Metinbûch, milites, Bertoldum et Hermannum fratres dictos Schamlier ecclesie prelibate obligavimus fideiussores, qui fide data prestito iuramento promiserunt, ut se nomine verorum obsidum, cum ab abbate loci pretaxati conmoniti fuerint, infra spacium unius mensis in civitate Constantiensi, propriis in personis se recipiant abinde non recessuri, nisi antea predicta predia proprietatis effectui fuerint mancipata. Igitur cum nos possessiones prescripte curie in Ietinhusen cariores et aliis nostris prediis gratiores habuerimus, de consensu sepedicti abbatis talem duximus condicionem subiungendam, quod si nos curiam nostram sitam in Löhern, que nobis iure proprietatis pertinere videtur, et decimas nostras in Werginswisun nomine permutacionis liberas et absolutas cum omnibus suis pertinenciis intus et extra eo iure proprietatis, quemadmodum in presentibus positum est de prediis suprascriptis, erogare vel transferre voluerimus ecclesie prelibate pleno iure sine dolo et fraude quiete et pacifice possidendam, ab abbate loci sepedicti talis permutacio prediorum consensu gratuito debet acceptari et nullomodo retardari, dummodo geste rei condicio in presentibus compacta in omnibus plenius fuerit conservata. De redditibus possessionum earundem talem habentes taxationem, quod si summam sex librarum monete de Rauenspurc transcendere possunt, iidem redditus sine dolo taxati ab ecclesia sepedicta equali foro et paccione consimili, sicut de foro curie in Ietinhusen superius positum est, recipiantur et gaudenter possideantur. Ut autem hec robur obtineant firmitatis et fidem conservent perpetuitatis^e, presentem paginam sigillo nostro roboratam ecclesie sepedicte in testimonium duxi conferendam. Acta sunt hec anno incarnationis domini M^o. CC^o. L^o. V^o., VIII. kalendas Novenbris, indiccionis XIII., presentibus hiis, qui viderunt et interfuerunt, H. nobili de Wnnenberc¹, Algoso dicto Sunnuncalp, militibus, Swigero filio suo, H. de Gunzenruti², Vl. de Maistershofen^f, C. dicto Stamler, Mangoldo Pawaro, magistro B. clavigero^g in Raderay, C. dicto de Houen, civi Constantiensi, H. molendinario de Lottenwiler, converso Henrico, Bachiler et aliis quam pluribus in domino feliciter. Amen.

^eDie Urkunde hat *perpetuatis*.

^fEs steht *Maisters h̄*.

^gEs steht wohl verschrieben *clawieo* mit dem in der Regel für *er* gebrauchten Abkürzungszeichen.

¹Nicht identifiziert.

²Auch Guncenrieth oder Gunzenriuti geschrieben. Nach Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 35 (1883), S. 490, vermutlich ein abgegangener Ort im Linzgau; vielleicht aber auch das abgegangene Gunzenried, Jestetten, WT, W, vgl. Urkunde Nr. 1378 (WUB, Bd. V., S. 145-146), wo der gleiche Zeuge vorkommt.

III

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An ungebleichten Leinenfäden hängt, in ein leinenes Säckchen eingenäht, ein schildförmiges, dem Anfühlen nach beschädigtes Siegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Thurgau

Signatur/Titel des Originals:

7'33 (Kreuzlingen, Schwäbisches Archiv) (Lade H 42, Nr. 1)

Überlieferung und Textkritik:

Im Repertorium HStA Stuttgart B 469 I, S. 151 unter Nr. 1 eingetragen
„f. 08“.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Werner; von Raderach, genannt Gnifting

Ortsindex:

Gunzenried Wüstung (23618)
 Gunzenried, Jestetten, WT, W
 Jettenhausen Wohnplatz (17877)
 Jettenhausen, Friedrichshafen, FN
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Lehorn Wohnplatz (17885)
 Lehorn, Friedrichshafen, FN
 Meistershofen Wohnplatz (17893)
 Meistershofen, Friedrichshafen, FN
 Mettenbuch Wohnplatz (21220)
 Mettenbuch, Ostrach, SIG
 Oberailingen Wohnplatz (17895)
 Oberailingen, Friedrichshafen, FN
 Oberlottenweiler Wohnplatz (17896)
 Oberlottenweiler, Friedrichshafen, FN
 Raderach Wohnplatz (17897)
 Raderach, Friedrichshafen, FN
 Unterlottenweiler Wohnplatz (17908)
 Unterlottenweiler, Friedrichshafen, FN
 Wirgetswiesen Wohnplatz (17918)
 Wirgetswiesen, Friedrichshafen, FN